

Sigismundus primus rex Polonia,
cardinali de Grassis.

117
Commiseramus dudum defuncto oratori no:
stro episcopo Ploensi, ut cum negotium
nostrum in arbitrali cognitionem deveniret,
curaret isthic in urbe consilia in ipso
negotio, ab advocatis ad unum doctorem iu:
risconsultum, doctum, eloquentem, et super o:
mnia fidum nobis, ordinare, et quod ad id
impendere debuit, illi miseramus, qui pau:
lo ante obitum suum nobis scripsit ita
curasse, ut unus iam advocatus consilium
confecerit, cui premium persolutum est, reli:
qui etiam brevi essent confecturi. Doctorem
verò à vestra reverendissima Dominatione or:
dinari debuisse. Itaque rogamus illam plu:
rimum, ut congestis ab ipsis advocatis con:
siliis eorum, et doctore ut dicimus Docto,
eloquente, et super omnia fido nobis ordi:
nato, qui hæc suo tempore recte eloqui, et
obiectis respondere possit, hæc omnia cum i:
pro doctore ad nos mittat.

Ceterum scripsit nobis ipse defunctus
episcopus orator noster, multa se impetrasse
à diæ memoria Leone pontifice, pro nobis
et regno nostro, de quibus adhuc comperitum
non habemus, tamen quando illius servi ist:
hinc redibunt, exploratis ab illis omnibus,

scribe:

scribemus posthac vestra reverendissima Domi:
nationi, et petemus illa per modernum san:
ctissimum dominum nostrum rata haberi.
Commendamus nos et negotia nostra eidem
vestra reverendissima dominationi, quam fer
licissimè valere desideramus. Datum Cra:
covie